VERA, ET NOVA TABULA CONUERTENDI DIES AEGYPTIACOS IN NOSTRATES. ...

Flaminio De Magistris



Illustriss. & Excellentiss. Domina Principissa

D. MARIA MANCINA COLVMNA

Magna Comestabilissa Regni Neapolis, & Ducissa Talleacotij, Paliani, &c.

EXiguum hoc opusculum, quod ad utilitatem publicam in lucem edere placuit tuum potissimum sibi vindicat patrocinium, Excellentissima Domina, *nam Tabula hęc Aegyptiaca ad nostrates redacta numeros à te maximè lucem, & perennitatem accipiet, quæ omnibus es numeris absoluta. Ad tuum enim animum exornandum, omnia, & naturæ gratia, & decora confluxerunt, & ad ingenitas tibi dotes accesserunt insuper egregia facultatum illustrium ornamenta; Tu quippe sexum excedens, & virili animo prædita, Philosophiam, Theologiam, atq; ipsius arcana Matheseos ingenij perspicacitate penetras, & mentis vastitate complecteris; hisq; atquè alijs liberalibus disciplinis non aspersa leuiter es, sed imbuta penitus, & inundata. Tua igitur adductus sapientia, & præterea seruitutis officio impulsus, quod à me tibi subditi iure debitum, hanc elucubrationem tuo nomini consecro, testem fidei, & venerationis, qua te prosequor, & perpetuum mei erga te obsequij monumentum.*

Humiliss. & Deuotiss. Seruus, & Subditus

Fr. Flaminius de Magistris.

AD LECTOREM.

LEctor Amantissime post longas vigilias, & multos labores in fabricando Tabulas motuum omnium Planetarum, nonnullos Amicos, & Patronos meos consului gratia illas edendi, at ipsi considerantes Astronomiam pendere ex vera Chronologia, videntesquè etiam, me vti diuersa ab omnibus Astronomis, hinc vti res noua ad effectum consulendi omnes supradictos Astronomos fuerunt voto, vt primum in lucem ederem fundamentum dictæ Chronologiæ, quo vtor, quod est tabula conuertendi dies Aegyptiacos in nostrates, sine qua minimè potest intelligi Hipparcus, & opus magnum Ptolomęi, ideò accipe illam, deinde si Deo placuerit dabo tibi veros motus Planetarum; interim vale.

De quantitate Anni Aegyptiaci.

AEgyptij diuidunt Annum Solum in 365. dies absque horis, & minutis, ex quibus diebus constituunt duodecim menses æquales & quinque dies intercalares, & in quarto anno supradicti dies, tam mensium, quàm dictorum dierum intercalarium variant denominationem, scilicet prima dies vocatur secunda, secunda tertia, & tertia quarta &c. & vltima V. G. primi Mensis in quarto anno erit, & vocatur prima secundi mensis &c. Ista igitur variatio causatur ex crescentia diei, vnde quando crescit dies, dies variant denominationem, quando verò non crescit, non variant denominationem in dicto quarto anno, ea ratione, quia dictus annus Aegyptiacus currit, & voluitur sicut tempus, quare sinè facto hominis intercaletur, & non intercaletur, idest dicti dies in dicto quarto anno variant, & non variant denominationem.

De Mensibus Aegyptiacis.

MEnses igitur Aegyptiaci, vt diximus sunt duodecim, & quia sunt æquales, quilibet illorum constat ex triginta diebus, & non sunt fixi, sicut nostri, sed mobiles, & ista mobilitas prouenit ex dicta crescentia diei, propterea non correspondent semper eodem modo cum mensibus nostris, nam variato tempore variatur supradicta correspondentia, vt patet de mense Thot, qui mensis tempore Nabucdonosor, seu Nabo-

nassari respondebat cum mense nostro Februario, tẽpore mortis Alexandri, correspondebat cum mense nostro Nouembris, & tempore principij Regni Augusti in Aegypto correspondebat cum mense nostro Augusti, ita Astronomi omnes.

Nomina dictorum Mensium sunt infrascripta.

THot. Phatoti. Athir. Cheach. Tibì. Mechìr. Phamenot. Pharmuti. Pacon. Paini, Epichì. Mesori. Dies intercalares. 1. 2. 3. 4. 5.

De errore Tabulæ qua vsi sunt Astronomi vsque adbuc.

AVctor dictæ Tabulæ conuertendi dies Aegyptiacos in nostrates, quo vsi sunt Astronomi vsque ad pręsens tẽpus pręsupponit, Aegyptios semper in quolibet quarto anno intercalare, & intercalasse, ideſt per ipsos dies dicti quarti anni variare, & variasse semper denominationem, sed istud fundamentum, & pręsuppositum non est verum, sed falsum, ex eo quia dictus annus Aegyptiacus currit, & voluitur, sicut tempus, & variant, & non variant denominationem dies quarti anni, idest intercaletur, & non intercaletur in dicto quarto anno absque opere humano, quare solùm quando crescit dies, dies variant denominationem, quando verò non crescit, non variant dictam denominationem, & non fit intercalatio, vt pâtet in quolibet 136. anno, ciuiliter loquendo, in quo per me non fit intercalatio, idest dies dicti anni non variant denominationem, ex eo quia non crescit dies, idest, non adest crescẽtia diei; nam vere quantitas anni, non est 365. dies, & 6. horæ, sed 365. horæ 5. m 49. 2. 20.

Demonstretur hæc sententia demonstratione Arithmetica per omnia exempla tradita in dicto Almagesto Ptolomęi, vt est illa considerari, & examinari connumerando dies, vel annos deductos in dictis exemplis, nam si V. G. semper in quolibet quarto anno dies variarent denominationem, atque semper intercalaretur non essent 424. anni Aegyptiaci completi à principio Nabonassari vsque ad mortem Alexandri, vt dicit Ptolomęus in dicto Almagesto dict. cap. 8. Sed essent anni cõpleti Aegyptiaci 423. & 362. dies, & neque essent 718. Aegyptiaci completi à dicto principio Regni Nabonassari vsque ad Principium Regni Augusti, prout dicit etiam Ptolomęus in loco

loco citato, ſed eſſent 717. anni completi, & dies 360. prout patet, nam certum eſt, anni Iuliani 423. diuiſi per quatuor cõſtituunt dies 105. vnde additi primo diei Thot erit principiũ Nabonaſſari in dicto anno 423. decimaſeſta dies Cheach connumerando dies, qui intercedunt inter decimamſextã Cheach vſque ad primam diem Thot incluſiuè habentur dies 260. quibus additi dies 102. qui reſultant ex horis, & minutis dictorũ annorum 423. aggregentur anni 423. & dies 362. & ita ſi diuidantur anni Iuliani 717. per quatuor, dantur dies 179. qui ſi addantur primæ diei Thot, erit in dicto anno principium Nabonaſſari 30. die menſis Mechir, numerando igitur à dicta trigeſima die dicti menſis Mechir vſque ad primum diem Thot incluſiuè habentur dies 186. quibus additi dies 184. prouenientes ex horis, & minutis dictorum annorum 717. faciunt anni 717. & dies 360. neque etiam in dicto loco citato verificaretur quantitas annorum, & dierum, quæ eſt à principio ſupradicti Nabonaſſari vſque ad 17. annum Adriani, vbi per Ptolomęum habetur, quod ſint anni Ægyptiaci 879. & dies 66. ſed eſſent tantummodò anni ſupradicti 879. & dies ſexaginta, vt patet experientia Arithmetico diſcurrendo, & numerando, vt ſupra.

Imò vtatur quacumque quantitate anni tradita per Aſtronomos dicti anni, qui ſunt à principio Nabonaſſari vſque ad mortem Alexandri non poſſunt eſſe 424. anni completi Ægyptiaci tenendo ſententiam, quam tenent hodie Aſtronomi, ideſt quòd in quolibet quarto anno ſemper creſcat dies vt patet numerando dictos annos, & poſtea dies incipiendo à die 26. Februarij principium per ipſos Nabonaſſari vſque ad duodecimum diem menſis Nouembris, in quo dicunt fuiſſe mortem Alexandri.

Deinde ſecundùm diuerſam Tabulam Aſtronomorom in principio dicti anni Nabonaſſari, Æquinoctium vernale fuit prima die, vel ſecunda Phatoti, quare ergo anno Nabonaſſari 886. fuit Æquinoctium Vernale per Ptolomęum ſeptima die menſis Matur, & non fuit decimatertia, vel decimaquarta, prout debebat eſſe ſi in quolibet quarto anno dies variarent denominationem, ideſt ſemper intercalaretur?

Et non ſolùm per vſum ſupradictæ Tabulæ Aſtronomi, & Chronologiſtæ errant, & errauernnt in dies in ponendo Epochas, & referendo obſeruationes antiquas, ſed etiam errant, & errauerunt in annos, prout patebit hìc.

PRò facienda noua Tabula conuertendi dies Aegyptiacos in nostrates necessaria erit radix, seu Aera, aut principiũ Regni Nabonassari, quod incepit prima die mensis Aegyptiaci, idest prima die Thot, ita Ptolomęus pluribus in locis in dicto suo Almagesto, cui Astronomi omnes se subscribunt vnanimiter, & quamuis in hoc conueniant, dissentiunt tamen quando hoc fuit, nam aliqui dicunt, quod dictum principium Nabonassari fuisset vigesima sexta dies mensis Februarij anno Iuliano completo ante Christum natum 747. & diebus 301. alij verò dicunt, incœpisse Regnare die 26. mensis Februarij anno Iuliano completo 746. & diebus 301. alij autem aiunt incœpisse supradicto anno 746. sed 27. mensis Februarij; ego autem dico, dictum principium Regni Nabonassari fuisse, & incœpisse à meridie dicta die prima Thot, hoc est à 18. die mensis Februarij anno Iuliano completo ante natiuitatem Domini nostri Iesu Christi 745. & diebus 309. quæ sententia est cōtra omnes Astronomos, & Chronologosos, qui licèt dicant, & fateantur pœnes Ptolomęũ esse claues Chronologiæ, attamen ipsum non sequuntur, imò semper in omnibus exemplis obseruationum antiquarum, quæ referunt in suis libris contra Textum Ptolomæi pronunciant, vt est conferri illa cum dicto Textu ponendo vnum annum, aliquando duos superfluos à textu Ptolomæi, & hoc in omnibus obseruationibus, tam luminarium, quàm cæterorum Planetarum, quas referunt, & adducunt in suis libris, nescio qua de causa; forsitan lonquantur de annis labentibus. Ptolomæus verò de completis, aut error sit in calculo.

Supradicta sententia probatur per doctrinam Ptolomæi, pluribus in locis in dicto Almagesto, & præcipuè probatur in dicta dictione 3. cap. 8. vbi dicit, quòd à principio Regni Nabonassari vsque ad mortem Alexandri sunt anni Aegyptiaci 424. & à morte Alexandri vsque ad principium Regni Augusti sunt anni Aegyptiaci 294. At principium Regni Augusti vsque ad Natiuitatem Domini sunt anni 28. completi, vt habetur apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromat. relato à Baronio in suo Martyrologio die Natiuitatis, & quia etiam tunc Octauianus incœpit Regnare in Ægypto superatus Marco Antonio, & Cleopatra, Regnoque Aegypti habito in ditionem Romanorum, & ipse in dicto Regno dictus est Augustus: Ita Censorinus in libro de Natali cap. 8. vbi ait,

Augu-

Augustum regnasse in Aegypto duobus annis ante septimum Consulatum, & tunc fuit etiam dictus Augustus, septimus autem Consulatus fuit ab Vrbe condita anno 725. Hinc principium Regni Augusti in Aegypto fuit ab Vrbe condita anno 723. Christus verò fuit anno 751. vt colligitur, & habetur in fastis Consularibus, ergo à principio Regni, Augusti vsque ad Natiuitatem Domini fuerunt, & sunt anni 28. completi, & quia prima dies Thot Nabonassari fuit decima octaua mensis Februarij, prima dies Thot mortis Alexandri fuit octaua dies mensis Nouembris & prima dies Thot Regni Augusti fuit 29. dies mensis Augusti, ita mea Tabula, vt infra Natiuitas Domini nostri verò fuit 24. mensis Decembris, quare si aggregētur omnes supradicti dies, fiunt anni 745. & dies 309.

Alias probationes causa breuitatis omitto promittendo illas in mea Astronomia quamprimùm edenda Deo fauente

Demonstretur etiam sententia supradicta demonstratione Aritmetica per motum omnium Planetarũ. Examinãdo omnia exempla tradita à Ptolomæo, & præcipuè Tabulas meas factas cum omni regula Astronomica, per quas verifico omnes Ecclypses antiquos, & modernos incipiendo ab Ecclypsibus obseruatis in Babylonia relatis à Ptolomæo vsque ad præsentem diem.

Hæc sententia quò ad dies est omnino diuersa ab omnibus Astronomis, quò ad annos est diuersa respectu numerationis annorum vnius Epochæ ab altera; respectu verò aggregationum annorum Epocharum non est diuersa, quia annum superfluum quem ponunt in annis Nabonassari ponunt minorem in annis Christi accipiendo currentem pro labente, & est annus completus.

Noua Tabula conuertendi dies Aegyptiacos in nostrates inseruientes à principio Nabonassari absque operatione, & posteà cùm operatione.

Dies

Dies sing.	Dies collecti	Ianuarij		Dies coll.	Februarij		Dies coll.	Martius	
1	1	18	Epichi	32	19	Mesori	60	12	Thot
2	2	19		33	20		61	13	
3	3	20		34	21		62	14	
4	4	21		35	22		63	15	
5	5	22		36	23		64	16	
6	6	23		37	24		65	17	
7	7	24		38	25		66	18	
8	8	25		39	26		67	19	
9	9	26		40	27		68	20	
10	10	27		41	28		69	21	
11	11	28		42	29		70	22	
12	12	29		43	30		71	23	
13	13	30		44	1	D. int.	72	24	
14	14	1	Mesori	45	2		73	25	
15	15	2		46	3		74	26	
16	16	3		47	4		75	27	
17	17	4		48	5		76	28	
18	18	5		49	1	Thot	77	29	
19	19	6		50	2		78	30	
20	20	7		51	3		79	1	Phatoti
21	21	8		52	4		80	2	
22	22	9		53	5		81	3	
23	23	10		54	6		82	4	
24	24	11		55	7		83	5	
25	25	12		56	8		84	6	
26	26	13		57	9		85	7	
27	27	14		58	10		86	8	
28	28	15		59	11		87	9	
29	29	16					88	10	
30	30	17					89	11	
31	31	18					90	12	

Dies sing.	Dies coll.	Aprilis	Dies coll.	Maius	Dies coll.	Iunius
1	91	13 Phatoti	121	13 Athir	152	14 Cheac
2	92	14	122	14	153	15
3	93	15	123	15	154	16
4	94	16	124	16	155	17
5	95	17	125	17	156	18
6	96	18	126	18	157	19
7	97	19	127	19	158	20
8	98	20	128	20	159	21
9	99	21	129	21	160	22
10	100	22	130	22	161	23
11	101	23	131	23	162	24
12	102	24	132	24	163	25
13	103	25	133	25	164	26
14	104	26	134	26	165	27
15	105	27	135	27	166	28
16	106	28	136	28	167	29
17	107	29	137	29	168	30
18	108	30	138	30	169	1 *Tibi*
19	109	1 *Athir*	139	1 *Cheac*	170	2
20	110	2	140	2	171	3
21	111	3	141	3	172	4
22	112	4	142	4	173	5
23	113	5	143	5	174	6
24	114	6	144	6	175	7
25	115	7	145	7	176	8
26	116	8	146	8	177	9
27	117	9	147	9	178	10
28	118	10	148	10	179	11
29	119	11	149	11	180	12
30	120	12	150	12	181	13
31			151	13		

Dies sing.	*Dies coll.*	*Iulius*	*Dies coll.*	*Augustus*	*Dies coll.*	*September*
1	182	14 *Tibi*	213	15 *Mechir*	244	16 *Phamen.*
2	183	15	214	16	245	17
3	184	16	215	17	246	18
4	185	17	216	18	247	19
5	186	18	217	19	248	20
6	187	19	218	20	249	21
7	188	20	219	21	250	22
8	189	21	220	22	251	23
9	190	22	221	23	252	24
10	191	23	222	24	253	25
11	192	24	223	25	254	26
12	193	25	224	26	255	27
13	194	26	225	27	256	28
14	195	27	226	28	257	29
15	196	28	227	29	258	30
16	197	29	228	30	259	1 *Pharmuti*
17	198	30	229	1 *Phamen.*	260	2
18	199	1 *Mechir*	230	2	261	3
19	200	2	231	3	262	4
20	201	3	232	4	263	5
21	202	4	233	5	264	6
22	203	5	234	6	265	7
23	204	6	235	7	266	8
24	205	7	236	8	267	9
25	206	8	237	9	268	10
26	207	9	238	10	269	11
27	208	10	239	11	270	12
28	209	11	240	12	271	13
29	210	12	241	13	272	14
30	211	13	242	14	273	15
31	212	14	243	15		

Dies sing.	Dies coll.	October	Dies coll.	Nouemb.	Dies coll.	Decemb.
1	274	16 Pharm.	305	17 Pacon	335	17 Paini
2	275	17	306	18	336	18
3	276	18	307	19	337	19
4	277	19	308	20	338	20
5	278	20	309	21	339	21
6	279	21	310	22	340	22
7	280	22	311	23	341	23
8	281	23	312	24	342	24
9	282	24	313	25	343	25
10	283	25	314	26	344	26
11	284	26	315	27	345	27
12	285	27	316	28	346	28
13	286	28	317	29	347	29
14	287	29	318	30	348	30
15	288	30	319	1 Paini	349	1 Epichi
16	289	1 Pacon	320	2	350	2
17	290	2	321	3	351	3
18	291	3	322	4	352	4
19	292	4	323	5	353	5
20	293	5	324	6	354	6
21	294	6	325	7	355	7
22	295	7	326	8	356	8
23	296	8	327	9	357	9
24	297	9	328	10	358	10
25	298	10	329	11	359	11
26	299	11	330	12	360	12
27	300	12	331	13	361	13
28	301	13	332	14	362	14
29	302	14	333	15	363	15
30	303	15	334	16	364	16
31	304	16			365	17

De vsu retroscripta Tabula.

VSus Tabulæ dictæ est absque operatione pro primo anno Nabonassari, in alijs annis opus est operare hoc modo. Primò, considerantur anni dati à dicto principio Nabonassari, mensis, & dies: secundò, dicti anni dati diuidũtur per annos 135. si sint, vel si superfluunt, & numerus diuisus seruetur: tertiò, supradicti anni dati omnes diuiduntur; denuo per quatuor, numerusq; diuisus sunt dies, à quibus numerus diuisus seruatus subtrahitur, & quod remanet, seruetur: quartò, ingreditur in dictam Tabulam, & quęritur mensis Aegyptiacus datus; & inferius dies, & videtur quot dies collecti correspondent dicto diei dato, quibus acceptis ab ipsis subtrahũtur dies vltimo seruati; si autem non potest fieri dicta subtractio à diebus collectis, adduntur dies 365. & posteà fit subtractio, quod verò remanet sunt dies collecti, qui sunt quærendi etiam in dicta Tabula, & inuentis habetur à latere dies noster quæsitus, vt V. G. si quęratur quæ dies erit 27. dies Mechir anno Iuliano à Nabonassari 602. diuisi per 135. dant dies quatuor diuisi secundo per quatuor dant 150 à quibus subtractis quatuor remanent dies 146. subtracti igitur à diebus collectis 225. quos dat 27. dies Mechir, remanent dies collecti 79. quibus à latere correspondet 20 dies mensis Martij.

Item si quęratur quæ dies erit septima die Athir anno à Nabonassari 87[illegible] qui primi diuisi per 135. dant dies sex, diuisi denuò per quatuor dant dies 219. à quibus subtractis dies sex, remanent 213. & subtractis à dies collectis 480. quos dat septima dies Athir cum Additione 365 habetur dies 267. quibus correspondet 24. mensis Septembris.

Ex dictis Astronomi mei colligite errores maximos commissos in Astronomia in conferendo obseruationes antiquas cum modernis, & posteà examinando meam Tabulam, & exẽpla obseruationum antiquarum, si velitis contradicere, tunc contradicite, quia ideò edidi istam Tabulam, nam ex contradictione spero inuenire veritatem in Astronomia, & Chronologia; à me vti dixi quàm primum edenda fauente Deo.

Magister Thomas Mirabilis Fr. Tertij Ordinis Prouinciæ Romanæ Prouincialis vidit.